Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36925
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Mulier laudabilis in thebes defendit ciues suos

Hys et alys multis vitys dyabolus nos impugnat
Sed defensatrix nostra maria nos defendit
Quam propter ipsam laudabilis mulier figurauit
Que turrim thebes ab impugnatore abymaleth ~~protegit~~ defensauit
Propter plus timens abymaleth super turrim se recepat
Abymaleth ad turrim eos succendere volebat
Mulier de fragmine mole de sursum iactabat
Et caput abymaleth tangens ipsum excerebrabat
Abymaleth dolens se a muliere confusum
Et desperans de vita dixit ad armigerum suum
Euagina gladium tuum et interfice me
Ne videar interfectus esse a muliere
Abymaleth iste superbum dyabolum designat
Qui in constitutos intra i. in ecclesia impugnat
Sed defensatrix nostra mater dei maria
Protegit nos ab insidiis dyaboli protectione pya
Et non solum protegit nos a temptacionibus huius mundi
Et hec proteccio est nobis valde necessaria
Quia temptamenta mundi sunt multa et varia
Maxime autem temptat mundus per appetitum dominandi
Per superbiam per desiderium diuicias congregandi
Et hoc patet in nemroth allexandro et nabuchodonozor
In athalia absolone adonibezeth et codorlamor
Quosdam temptat per inanem gloriam et laudem humanam
Sicut patet per ~~aman~~ et ~~ezechiam~~ herodem agrippam
aman ezechiam